

Ibi : Unde fortasse quibusdam videtur.

18 Hæc possunt intelligi, vel de eo, qui ex conventionione jurat, quod sibi debetur, ut cum debitor promissit stare juramento creditoris; & hoc casu posse probari contrarium docent communiter DD. Paul. de Cast. in l. in hujusmodi, n. 5. De prator stipulat. Felici. sub. n. 80. Guzman. de evictiomb. q. 14. n. 34. Carleval. sup. d. disp. 8. sect. 6. n. 120. Hermosil. quam plurimos laudans, d. l. 10. glos. 4. n. 365. ubi latissime materiam explicat; & n. 415. cum aliis hanc tueretur sententiam; etsi contrarium aliis verius videatur, quos refert, n. 366. Idem est de juramento, quod ex lege, statuto, vel à Judice in supplementum probationis defertur, ut probat ex aliis Hermosil. n. 414. cum seqq.

19 Vel de juramento judiciali litis decisivo, quod pars adversario defert in judicio, Judice approbante; & contra hoc probatio in contrarium admitti non potest. Idemque juris est, si tale juramentum extra judicium voluntarie ad controversiæ decisionem deferatur; nam sic transactum inter Partes censetur, ut de utroque agens fuse probat Hermosil. à nu. 372. ubi plures refert, quibus accedit Cyriac. tom. 1. controvers. 116. nu. 5. Marant. sup. part. 6. art. 6. de jurament. n. 22. Caroc. sup. quest. 9. n. 5. Burlat. cons. 285. in l. 1. dub. n. 1. qui n. 2. addit, Judicem debere probationem contra hujusmodi juramentum non admittit, licet Pars non opponat: quod refert, ac sequitur Cyriac. n. 6.

Ad Num. 2.

20 Quæri solet utrum valeat testimonium, si Notarius test si etur, teste n. juramento præstito, deponisse. quanquam formam, qua juratum est, non expresserit? Negat Campeg. sup. d. reg. 167. fillent. 4. Mascard. in prax. n. 113. Caputaquen. decis. 123. alias. 5. n. 1. part. 2. & decis. 285. alias. 2. part. 3. Ferentil. in addit. ad Burat. decis. 48. lit. A. Cavalier. decis. 322. num. 3. & alii laudati per Farinac. dicit. question. 73. num. 73.

21 Contrarium scilicet factus esse, quod Notarius asserat, juratum deponisse testem, ut fidem faciat, magis communiter placet; atque ita docent Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. n. 4. Cavalcan. de testib. part. 3. nu. 53. vers. An autem, Thesaur. decis. 46. n. 18. Cæs. de Grassi, decis. 28. alias. 13. n. 63. Burlat. cons. 35. n. 14. lib. 1. Guazzin. d. defens. 14. cap. 5. n. 4. vers. Ac etiam si V. vi. commun. tom. 1. lib. 4. tit. 10. nu. 113. vers. Et licet, Rebuff. sup. n. 30. Bonacof. commun. crimin. part. 1. verb. Notarius. fol. 53. Hippolyt. in l. 1. §. Si quis dicat. n. 13. & 5. Divus. n. 2. ff. de fidejussor. b. Crot. de testib. n. 227. Aloys. Ricc. in collectan. decision. collectan. 263. & alii, quos refert Farinac. n. 74. qui utramque opinionem, quibusdam adhibitis declarationibus, probabilem putat. Tamen magis vera est ac communis hæc ultima sententia, cui D. Covar. adhæret, nam qui jurasse dicitur, præsumitur cum omnibus solemnitatibus juramentum præstitisse; Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 13. n. 8. Alciat. in l. sciendum, n. 8. ff. de verbor. obligat. Quæ proculdubio procedit, quando sumus in antiquis Guazzin. ubi proxime Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 82. n. 5. Farin. post alios. num. 76. idemque erit, si Notarius dixerit; si juravit in forma. Menoch. ubi proxime.

Ibi : Si quidem pro Notario præsumitur.

22 In dubiis pro legalitate, & veritate Notarii, &

quod recte munere suo fungatur, præsumitur, Cyriac. tom. 3. controvers. 406. n. 13. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 8. q. ut. n. 50. & lib. 9. q. 22. n. 8. Menoch. sup. lib. 2. præf. 79. n. 1. Farin. in prax. q. 156. n. 138. Mascard. cons. 625. num. 26. Castrenf. cons. 371. col. 1. vol. 1. Alciat. ubi proxime, n. 1.

Ibi : Si sanè creditur Tabellioni.

Notario testanti in instrumento, se notum fecisse mulieri fidejudenti auxilium Velleiani, cui renunciavit; credendum est; Menoch. d. præf. 79. n. 5. ubi plura huc spectantia tradit, Molin. de just. tract. 2. disp. 540. n. 8. Guttier. de juram. confirmator. part. 1. c. 20. nu. 3. 4. Cevall. tom. 1. quest. 515. nu. 2. Padill. in l. fin. n. 13. C. de jur. & fact. ignorant. Gregor. Lop. in l. 3. g. o. 4. tit. 12. part. 5. Cæpol. caut. 149. & ita est tenendum; etsi plurimum dubitaverit Jal. in l. si duo parvuli. S. Iam Julianus. ff. de jurejurand. ubi tandem contra tenet.

Ibi : Cautius tamen.

Hujusmodi cautela ut in ipso instrumento fiat expressim mentio nedum certiorationis, sed etiam quod declaretur, quid Senatusconsulto Velleiano in favorem mulierum cautum fuerit, probant Guttier. n. 3. Cevall. n. 3. qui testantur ita apud nostros Tabelliones observari; imò eam omnino necessariam esse sentit Cyn. in l. fin. n. 2. C. ad Velleian. Quæ clausula factem procedit ad excludendum illud, quod communiter notatur: nempe quod si Notarius, qui de certioratione fidem fecit, interrogetur, quid Senatusconsulto Velleiano contineatur, & hoc ignoret, renunciatio mulieris nullius erit momenti; ut videre est apud Greg. Lop. ubi proxime, Cevall. n. 4. Marfil. in rubric. n. 49. ff. de fidejussor. b. Bertrand. cons. 33. ad si. em. lib. 1. Cagnolan. l. si liberrius, n. 37. ff. de reg. jur. licet contrarium tenuerint aliqui, quos refert Cevall. sup. & eos sequutus Menoch. cons. 37. n. 145. non inquam hoc locum habere poterit, si in instrumento expressim sit quod Senatusconsulto caveatur.

Ad Num. 3.

Adde Farinac. d. quest. 74. n. 70. ubi alios laudat, & n. 71. non paucos pro contraria opinione refert.

Ibi : Eadem profecto ratione.

Quoties ex conventionione standum est assertioni unius ex contrahentibus, intelligitur, interveniente juramento; alias ei credendum non est, Carleval. d. sect. 6. n. 110. Hermosil. in d. l. 10. glos. 4. n. 425. tit. 1. p. 5. ubi plures Pacian. dicit. c. 47. n. 28. 29.

Vers. Tertia conclusio.

Cum quis, nullo legis aut Judicis præcepto cogente, à Partibus eligatur, ut non secundum alicujus artis peritiam, sed juxta proprium judicium arbitretur, necesse non est, ut juret, Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 58. n. 1. Pacian. sup. n. 21. Affl. & decis. 371. n. 7. quanquam contrarium placuerit Jasoni, Angel. & Castrenf. in l. de pupillo, §. Qui opus. ff. de nov. oper. nunciat. Marfil. sing. 214. prope medium, Guzm. n. de evict. cap. 14. num. 36.

Ibi : Quin & ipse Bartolus sensit.

Videas statim laudandos ad nu. 4. qui late agunt de juramento à peritis præstando.

Ibi :

Ibi : Nam est prior pars admitti possit.

Ibi : Nam quoties ex lege.

27 Ratio differentie inter eum, qui pro suo arbitrio rem definiturus est; & qui juxta artis peritiam declarare aliquid debet, hæc est; nam illius persona eligitur ob probitatem, & idoneitatem, quæ ipsis eligentibus nota est; quare ejusdem conscientie sese committunt, atque ita jurare non tenentur, cujus fides approbata est. At cum peritus constituitur, ut pro perita quod senserit, referat, non est persona; aut fides approbata, sed tantum scientia rei, de qua agitur. Unde nulla subest causa, propter quam juramentum remittatur, cum possit peritissimus non tamen æque probus à partibus haberi.

Ad Num. 4.

28 De hoc fuse differunt Farinac. d. quest. 74. à nu. 95. Pat. Sanch. de matrimo. lib. 7. disp. 113. nu. 13. cum seqq. Hermosil. in l. 56. glos. 6. ex n. 39. tit. 5. part. 5. Cevall. tom. 1. à n. 25. Pacian. d. c. 47. n. 21. cum aliis, & crebrior, ac verior sententia docet, peritos sive à Judice, sive à litigantibus electos jurejurando esse astringendos, quod generaliter tradunt Guttier. in d. l. nemo potest. nu. 124. Cyriac. controvers. forens. tom. 3. controvers. 459. nu. 23. Bobadill. in Politic. tom. 2. lib. 5. c. 8. in fine. Menoch. d. q. 58. n. 4. Pinell. in l. 2. part. 3. c. 4. nu. 3. C. de rescind. vendit. Suar. in Thesaur. recep. sent. lit. P. nu. 93. Garcia de expens. c. 34. n. 18. Matienç. in l. 1. glos. 2. n. 21. cum seq. tit. 11. lib. 5. Recopilat. & alii innumeri, & qui contra tenent, referuntur à Farinac. n. 95. à quibus ipse recedit.

Ibi : Hoc autem juramentum.

29 Periti si res, quæ eorum assertioni committitur, sensu corporeo percipi, ac discerni queat, ut agrorum dimensio, rationum computatio, de veritate dicenda juramentum debent exhibere, alioquin duntaxat de credulitate jurabunt, ut cum Medicorum Judicio committitur, an vulnus sit lethale, necne; ita docent Farinac. cum aliis, n. 99. 100. Guttier. ubi proxime Pacian. plures referens sup. n. 17. 18. Menoch. de adipiscend. remed. 5. n. 164. Sanchi. sup. nu. 15. Garc. ubi proxime, Mascard. conc. 1174. n. 48. 49. Ratio est, quia in iis, quæ sensu corporeo non percipiuntur, certitudo haberi non potest, nec cum ea poterunt attestari periti, ut aiunt Sanchi. & Guttier.

30 Illud in praxi frequenter observatur, ut periti apud Judicem sub jurejurando promittant, se legaliter, ac bona fide quod senserint, relatuuros, quo casu nullum aliud juramentum tempore depositionis desideratur; nam præcedens sufficit, ut observat Hermosil. in d. l. 56. glos. 6. n. 42. Bald. in leg. hac editali, §. His illud n. 3. C. de secund. nupt. Mascard. n. 50. Pacian. & Menoch. sup.

Ibi : Poterit tamen probari contrarium.

31 Contra depositionem peritorum probatio admittitur: Pacian. n. 87. cum seqq. qui hoc ampliat; etsi sententia ex tali depositione feratur, quoniam illa in rem judicatam non transit; imò his potest fieri electio peritorum ad sententiam retractandam, & non amplius, ne detur in infinitum processus; sed Herm. omnino videndus à nu. 57. asserit n. 60. semel tantum permissum esse, ut periti eligantur, ut rem, de qua alii deposuerunt, iterum examinent, & pro præcipua conclusione plures refert n. 59.

Quamvis ex lege, vel statuto sit alicujus juramento credendum, bene probatio admittitur in contrarium, Pacian. de probat. lib. 2. c. 46. nu. 111. Augustin. Barbol. in collectan. ad c. 2. nu. 9. de temporib. Ord. n. in 6. Cevall. q. 7. n. 8. 9. Guttier. de gabell. q. 163. n. 7. Menoch. de recuperand. remed. 15. n. 365. Jul. Clar. dicit. §. fin. q. 82. n. 2. Hermosil. cum aliis in l. 8. glos. 8. n. 7. tit. 3. p. 5. Mascard. conc. 955. n. 1. Farinac. in fragment. lit. l. n. 130. Joseph. Ludovic. decis. 538. n. 60. Marescot. Variar. lib. 2. c. 1. n. 49. 150. Quod procedit, quanquam per verba amplissima jubeatur, ut plena fides juranti adhibeatur; Farinac. Cevall. Hermosil. nisi lex expressim probationem in contrarium prohibuerit, Seraph. sup. prævil. g. 31. n. 92. ubi Benechend. n. 49. Herm. n. 9. Mascard. n. 15. Tiraq. de retract. lignag. S. 4. glos. 1. n. 3.

Ad Num. 5.

Cum persona testis, vel periti approbatur ab eis, quorum interest potest testificari absque præsentia, aut citatione eorumdem, Menoch. cons. 217. in fin. Sanch. sup. n. 14. Hermosil. d. glos. 6. n. 34. Garcia sup. Pacian. n. 124. ubi alii. Adhuc contraria Panormitani opinio rationibus perpensis, quibus nititur contemnenda non est, quam sustinet Farinac. quest. 72. n. 50. qui n. 49. plures contra se pro Bartolo allegat. Sed Bartoli sententia est omnino amplectenda, si peritus, vel testis suum dictum dubium declaratus accedat, quo casu nequaquam citatio, aut præsentia Partium erit opus, Hippolyt. in l. de unoquoque, num. 71. ff. de re judicat. Bortel. in summ. decis. tit. de citation. num. 445. Rota decis. 592. nu. 1. 4. part. 1. Anton. Gabr. sup. lib. 2. tit. de citation. concl. 1. n. 170. 351. Mascard. concl. 68. n. 31. Boss. in prax. tit. de opposit. contra test. n. 352. Quo casu nec requiritur novum juramentum, Farinac. cum aliis quest. 74. n. 50. Item etiam quosd citationem contra communem tenet d. q. 72. nu. 67.

Ibi : Sexta conclusio.

Si Judex peritum eligat, ut juxta artis regulas quicquam declaret, prius sunt citandi ii, ad quos res spectat, ut si voluerint nominationi adfint; sufficere tamen, quod postea citentur eo tempore, quo possint adversus electum objectiones proponere. Pacian. num. 20. Hermosil. sup. num. 43. 44. Sanchi. ubi proxime.

Vers. Septima conclusio.

Citatio etiam desideratur, ut partes assistant tempore, quo periti præstant juramentum; Alexand. in l. 1. §. Sed excipiuntur, num. 7. col. 2. ff. de feriis. Hermosil. numero 44. Pacian. numero. 121. Sanchi. ibidem.

Vers. Octava conclusio.

Non est opus citatio, aut præsentia partium, cum peritus, quod sentit, deponit; imò nec volentes adesse permittuntur, Hermosil. nu. 43. Pacian. Sanchi. sup.

Vers. Nona conclusio.

Partes citandæ sunt die præfinito; ut interveniant, cum agrimen fores, aliivè periti in specturi sunt rem, super qua judicium suum interponere debent: Pacian. num. 122. Alexand. de Nevo in cap. quia judicantis;

judicante, numero 8. vers. Sed tandem dic. de praescript. Aug. Barbof. in collect. ad l. 3. numero 4. C. finium regundor. Hermos. numero 44. Cardos. in prax. Judic. verb. divisio. n. 7.

Ad Num. 6.

38 Valere testimonium quod in scriptis traditur per testem Tabellioni vel Judici placuit paucis quibusdam, quos refert Farinac. q. 80. n. 28. quod verum non est.

Ibi: Sed Baldus in l. jurisjurandi.

39 Quod possit testes per scripturam testificari, modo dictum suum ipse apud Judicem, aut Notarium praegat, cum Baldo tenent Gregor. Lop. in l. 31. glos. 1. tit. 16. part. 3. Cels. in addit. ad Lanfranc. de testib. n. 8. Practic. Corad. tit. de testib. in rubric. de praemeditat. sermon. n. 44. Vivi. sup. opinio. 949. n. 5.

Sed contra Baldum sentiunt Farinac. n. 38. 41. Pedemontan. decis. 128. n. 7. ad finem. junctio n. 9. Arnald. Albert. de agnoscend. assertio. Catholic. & heretic. q. 34. n. 54. Sed prior sententia potest defendi, cum factum est involutum; ut dicitur n. 41.

40 Et quod in scriptis testimonium ferri non possit, absolute docuerunt Farinac. n. 28. in fine, Guazz. sup. defen. 15. c. 7. a princip. Pacian. dist. c. 47. n. 80. Baiard. ad Clar. dist. quest. 26. n. 2. Mascard. in praen. quest. 5. a n. 11. & conclus. 149. n. 26. Magon. Lucens. decis. 39. n. 22. Bernard. Gruvæ ad prax. Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 100. considerat. 3. n. 7. Rebuffi. de reprobat. testium, n. 541. Boer. decis. 1. n. 38. Fr. Emmanuel. questio. Regular. tom. 2. questio. 13. articulo. 4. Similiter nec per nuntium deponere quis permittitur, Guazz. n. 1. qua pariter procedunt, quando testes a loco, ubi deponendum est, abluunt; Guazz. n. 2. Farin. n. 30. Ad qua videas d. l. 31. tit. 16. p. 3.

41 Praefata regula, ut testis per scripturam deponens non probeat, suas limitationes admittit, quas quasi currenti calamo recensimus; quoniam nonnullas D. Covar. insinuat. Prima est, quando testis loqui non valet, D. Covar. hic, Gregor. Lop. ubi proxime, Farinac. n. 39. qui & alios refert in singulis limitationibus. Secunda, si res, de qua agitur, valde sit implicita, & involuta, Farinac. n. 43. Guazz. n. 6. nam poterit dictum suum prius per se lectum Judici, aut Notario tradere, quod D. Covar. admittit. Tertia si adversarius non objiciat; Guazz. n. 7. Farinac. n. 40. Quarta, quando viget testificandi eo modo consuetudo, Guazz. n. 8. Farinac. n. 48. Quinta, cum Judici videatur, ut sic deponatur, expedire, Farinac. n. 49. Guazz. n. 10. quod & D. Covar. sentit. Sexta, si de probanda aetate tractetur, quod tamen referendum est, vel ad certificationem Parochi deductam ex libro, quo baptizati scribuntur; vel ad codicem, in quo a patre dies assignatur, quo filij nascuntur, Guazz. n. 11. Farinac. n. 46. Sed haec proprie limitatio non est, quia neque parochi; neque parenti; ut testibus fides adhibetur. Septima, si in arte periti judicium suum referant Guazz. n. 12. Pacian. sup. n. 81. Farinac. n. 42. Ultima in causa Arbitrio commissi, cum facultate procedendi de jure, & de facto, juris solemnitatibus omissis, apud quem in scriptis testificari quique poterit, Farinac. num. 52. Dec. conf. 51. num. 101. ad finem, vers. Quinto, ut tollatur. & n. 107. l. b. 2.

Ibi: Nec Bartolo suffragatur.

42 Ad textum in leg. Theopompus, videat Padilla in

l. si quis major. nu. 20. C. de transact. Menoch. de arbitrar. lib. 1. questio. 17. n. 3. August. Barb. in collect. ad cap. testes 15. n. 2. 3. quest. 9. qui omnia asseruit, in eo textu legendum esse, Rogatus scripsit, non, Juratus. Sed etsi concedatur; juramentum intervenisse, non inde sequitur, testimonium in scriptis per testem ferri posse, quoniam Pollianus metus testis non fuit, sed propriatur voluntatis defuncti ab eodem electus, quare quod sentiebat ex voluntate testatoris, potuit in scriptis deponere, neque interest quod juraverit, nam & perituri jurant, ut supra diximus, & tamen per scripturam deponunt, ut nuper dicebamus, quia testes proprie non sunt, ut latissime probat Pacian. dist. c. 47. ferè per tot. pluribus differentiis adductis.

Ibi: Nam ex vocis pronuntiatione.

43 Plurimum interest ad veritatem indagandam, quod testes absque scriptura deponant, ut ex prolatione ipsa verborum, trepidatione; mutatione coloris, aliisque affectibus, prudens examinatio agnoscat, an verum, aut falsum feratur testimonium, de quo Pontifex in cap. cum Ecclesia Savina 3. §. Nos igitur in princip. de caus. posses. & propriet. Coniult. in l. de minore 17. §. Tormenta vers. Plurimum, ff. de questionib. Cicer. in Topic. Pallor, vultus, inquit, rubor, titubatio faciunt, ut minus fidei alicui adhibeatur. Senec. in Thest. multa sed trepidus joet De egere vultus, & in Oedip. Effare; dubitat; cur genas mutat color? Quae verba queris? Nam ut vulgo ex Ovidio lib. 2. metamorphos. fertur, difficile est crimen non prode vultu; cum per exteriores actus, quae in pectore latent, pateant prudentibus, Prov. 27. vers. 19. Quomodo in aquis resplendet vulnus prospicientium sic corda hominum manifesta sunt prudentibus; & ex trepidatione falsum testimonium praesumi tradit Menoch. sup. q. 14. n. 35. quia trepidatio, aut titubatio non est memoria vitium, sed conscientiae indicium, ut ex Quint. Cur. lib. 7. in princip. & Cicer. in epist. famill. ait Menoch. q. 89. n. 73. de reo agens.

44 Notant Guazzin. sup. nu. 1. Bobadill. in Politic. tom. 2. lib. 5. c. 2. n. 42. Caravitt. 87. n. 5. Jul. Clar. ubi proxime, n. 1. Neil. de testib. n. 90. Greg. Lop. in l. 26. glos. 5. tit. 16. p. 3. Dec. resp. 15. n. 4. §. vol. 2. Farin. d. q. 80. n. 27. in fine, & n. 44. & alij, quorum nuper meminimus, nu. 40. Quae trepidatio aliive affectus, per quos testium fides tollitur, aut minuitur, sunt in actis referendi, tum ut de justitiae sententiae constet, quae iniqua videretur, latente causa, ob quam testibus plene probantibus secundum verba non crediderit Judex, Bart. in l. Lucius in fine, ff. de iis, q. noiant. infam. Greg. Lop. sup. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 9. nu. 5. Abbas in caps. quoniam contra, q. 34. de probat. Oros. in illicitas, §. veritas, n. 20. ff. de offic. Praef. Tum, ne si alius ab examinante causam sit decisurus, salatur dicta testium sequutus, cum circumstantias de positionum ignoret, Bobad; ubi proxime, & quod de justificatione sententiae dictum est, Judici inferiori est valde necessarium, ac utile, juxta notata per Bobadill. sup. c. 3. n. 58.

Vers. Hinc obiter perpendi poterit.

45 Est supponendum cum omnibus sub hoc versiculo referendis, quod etsi olim fuerit controversum, aut inter absentes. Sacramentum poenitentiae possit ministrari, juxta existentem causam hodie, dubium hoc poenitus est sublatum per Bullam Clement. VIII. editam nu. 1602. qua affirmativam sententiam ut falsam

falsam, temerariam, & scandalosam damnavit. prohibens legi, imprimi, aut defendi, ad proximè reduci sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, absolutione Sedi Apostolicae reservata; cujus series extat apud Ioan. Valer. de different. int. utrumq. ser. verb. Poenitentia, differ. 9. in fine, & apud Barbof. in collectan. ad cap. quem poenitet, de poenit. dist. 1. nu. 5. Quae opinio, & prius fuit approbata, l. 30. tit. 4. p. 1. estque intelligenda ita, ut Sacramentum inter absentes confici non possit, ut declarat. P. Suar. tom. 4. in 3. part. disp. 19. sect. 3. Et quo advertendum est, quod omnia dicenda, de confitente per scripturam intelligantur, poenitente, ac Confessario praesentibus.

46 Non licet per scripturam peccata confiteri tradendo schedulam, in qua scripta sunt Sacerdoti legenda, quamvis de illis poenitens se accusare profiteatur; nam etsi de essentia Confessionis Sacramentalis non sit, ut viva voce singula delicta explicentur, est tamen hic modus valde conveniens, ac usu Ecclesiae approbatus; atque ita illum non servare nefas est. Sed non conveniunt Theologi in assignando quale peccatum sit, quod confitendo sic per scripturam committitur? nam lethale esse vult. Fagund. in praecip. Eccles. praecip. 2. lib. 5. c. 1. n. 8. cui assentit Dian. resolut. moral. part. 2. tract. 4. resolut. 127. At solum veniale esse placuit Villalob. in sum. tom. 1. tract. 9. difficult. 31. n. 1. Bonac. tom. 1. n. de Sacrament. disp. 5. de poenitent. quest. 5. sect. 2. punct. 2. §. 2. n. 25.

47 Licet per scripturam modo praemisso confiteri; ubi adest rationabilis causa, & inter alias connumeratur nimia erubescencia poenitentis. Cardin. Lug. de poenitent. disp. 15. sect. 5. nu. 80. Pat. Suar. sup. disp. 21. sect. 3. nu. 7. Bonacin. Dian. Fagund. ubi proxime. Coninch. de Sacrament. disp. 6. dub. 1. conc. 3. Laym. in Theol. moral. lib. 5. tr. 6. cap. 6. nu. 3. Mofes. in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 1. n. 9. Barbof. sup. n. 3. Gregor. Lop. in d. l. 30. glos. 2. Villalob. sup. Nec opus est, quod poenitens se de peccatis scriptis accuset, sed fat est, quod schedulam tradat Sacerdoti in ordine ad Confessionem, & quod signa contritionis emittat; ut docet Suar. quamvis Eminentissimi. Lug. senserit, necessarium requiri, ut poenitens post lecta per Sacerdotem peccata, asserat; de eisdem se accusare, nec posse hanc accusationem ante lectionem praemittere, quod late probat.

Ibi: Etiam si ab ipso poenitente scripta legantur.

48 Ex nuper laudatis DD. colligitur, eorum rationibus perpensis, omnino licitum confiteri in scriptis, legente ipso poenitente coram Sacerdote peccata, quia viva voce fatetur, nec meritum erubescenciae abest, atque ita sic confiteri posse, affirmat Vazq. tom. 4. in 3. part. quest. 91. art. 4. dub. 4. q. 3. ad 2. Nec refert, quod de teste dicitur, in quo diversa ratio est.

Ibi: Quibus & illud addendum est.

49 Dubium non est, quin mutus, vel aliis impeditus loqui possit per scripturam, vel signa propria confiteri peccata, cum sibi placuerit; nam ut nuper dicebamus, ubi subest causa, licitum est, Confessionem in scriptis fieri; quod in specie adnotant Cardin. Lug. n. 77. Vazq. d. n. 7. in fin.

50 Dubium autem in eo versatur, verum scilicet teneatur, ut praecipio Confessionis satisfaciat mutus, vel alius, qui viva voce scelera explicare non

Faria addit. ad Covar. Tom. 2.

valet, eadem scribere, Sacerdoti innotescant? & quoniam duplex est praecipuum Confessionis, unum de jure Divino, & alterum de Ecclesiastico, oportet de uno quoque sigillatim differere. Igitur circa praecipuum Ecclesiasticum duplex est communis opinio: una negat, impeditum loqui obligatum esse ad confitendum in scriptis, quam defendunt Sox. in 4. dist. 18. quest. 2. art. 6. Valent. tom. 4. d. sp. q. 11. punct. 1. Joan de la Cruz in director. consuec. part. 2. de Sacrament. Poenitent. q. 3. dub. 7. conc. 1. Dian. sup. resolut. 128. vers. Ab his. Filliuc. tom. 1. tract. 7. num. 63. Henric. in sum. l. 4. cap. 4. nu. 4. in glos. lit. A. Villalob. sup. diff. 32. num. 3. Ratio est, quia praecipuum non obligat, nisi impeditum, qui non tenetur medium extraordinarium ad illud implendum adhibere, maxime cum possit esse periculum, ut peccata revelentur.

51 Contrarium vero verius videtur D. Thom. in 3. distinct. 17. quest. 3. art. 4. Vazq. sup. dub. 3. nu. 2. Suar. disp. 36. sect. 6. num. 7. Trullench. in Decalog. tom. 1. l. 4. cap. 4. dub. ult. n. 6. Becan. de Sacrament. cap. 37. quest. 7. num. 2. Cardin. Lug. num. 88. Bonacin. ubi supra punct. 3. num. 6. vers. Secunda sententia, & vers. Sed mihi, ubi limitat, nisi incommodum sentiat, poenitens, ut si imminet periculum; ut peccata revelentur; quod etiam sequutus est Trullench. sup. & cum ista limitatione haec opinio, & securior; & probabilior censetur, quia ut praefati DD. notant variisque comprobant exemplis homo astringitur media, qua non sunt valde onerosa adhibere ad implementum praecipiorum, scribere autem peccata ad Confessionem, neque difficile, neque onerosum est. Nec obstat, quod imminet periculum, ut peccata revelentur, nam regulariter illud remotissimum est, alioquin si aliquo casu speciali proximum timeretur, obligatio cessaret, ut nuper cum Trullench. dicebamus.

52 Quoad Divinum praecipuum confitendi, quod obligat in mortis articulo, secunda sententia admittenda, dicendum est a fortiori teneri non valentem loqui in eo periculo constitutum in scriptis peccata confiteri. At quis probabilem existimationem habet, quod sit contritus, aut dubitat, primo casu, omittere Confessionem poterit, secundo, non utiquo, nam sibi debet subvenire quomodocumque, ne se exponat aeternae damnationi, atque ita non ex vi praecipii, sed lege charitatis astringitur: Ita post alios Dian. resolut. 129. qui etsi de Confessione per interpretem loquatur; idem sentit de ea, quae in scriptis fit, cum in calce proximè praecedentis resolutionis de hoc agens, se ad sequentem remittat. Videantur alleganti, n. 50.

Ibi: Tenetur tamen mutus confiteri per signa.

53 Mutus, aut quisvis alius, qui aliter non potest praecipuum Divinum, vel Ecclesiasticum Confessionis implere; obligatur per signa, aut nutus propria peccata Sacerdoti explicare, Pat. Suar. disp. 21. sect. 3. num. 2. Valua in cap. omnis utriusque sexus, num. 37. de poenitent. Joan. Sanch. in select. disp. 32. num. 8. Rodrig. in explicat. Bullae, §. 2. dub. 5. Navarr. in manual. c. 21. num. 36. Caietan. in sum. verb. Confessio, vers. Expedi. autem Dian. part. 5. tract. 6. resolut. 3. qui alios refert, & in fine docet, mutum esse absolvendum, quando confessionis praecipuum inflat, quamvis Sacerdos non percipiat peccata in specie per signa. Idem pluribus laudatis probat Bonacin. sup. d. quest. 5. sect. 2. §. 4. n. 6. ubi etiam de eo, qui idiomate incognito confitetur; quamvis Medina hoc duntaxat admittat in mortis articulo,

C c